



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Rebus Gestis Beati Aloysii Gonzagæ E Societate Iesv

Marchetti, Annibale

Florentiæ, 1687

Capvt XIV. Negotium, cui venerat, prosperè conficit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43962

CAPVT XIV.

*Negotium, cui venerat, prosperè
conficit.*



Antuæ salutatâ Eleonorâ Du-
ce (quæ quàm gratus eius sibi
aduentus accidisset, longis cū
eo collatis sermonibus decla-
ravit) Castilionem proficisci-
tur: unde cum propiùs abes-
set, hominem indigenam fortè occurrentem,
mittit, qui Rodulpho fratri se prestò esse de-
nunciet. Ille oppidum ingressus obuios quos-
que hac de re monet: &, ut nihil est lætâ Fa-
mâ loquacius, celeriusque, euestigio Aloysium
adesse, domos universas, ac penetralia perua-
sit. Quare incredibilis ex omni ætate, sexu,
atque ordine multitudo venienti obuiam effusa:
& quos inualetudo, aliave id genus causa do-
mi teneret, limine, ac fenestris obsessis illum,
opperiebantur. Vbi ingressus auditus; omnis
inuistatæ lætitiæ significatio extitit. Cuncta
enim statim arcis tormenta displosa: æra e tur-
ribus, templisque pulsata: tubæ item, ac tym-
pana increpuere: omnia denique ingens gra-
tantium

Festius
Al. Casti-
lionē in-
gressus.

Etiã flexo
poplite re-
verētia ad-
hibetur.

tantium clamor opplevit. Quin etiam eò amo-
re, ac veneratione progressum, ut prætereun-
ti positus genibus reverentia adhiberetur. Qui-
bus honoribus pudentissimus Iuvenis haud levi-
ter offensus, Rodulphi Principis in conspectum
igneo flagrans rubore peruenit. Vbi tamen
maiores alij a Germano, & ceteris domesticis
habiti eum honores exceperere; sic ut quidam ex
aulâ etiam Excellentia titulo, quo olim soliti
erant, compellarent. Quâ ex re intimis planè
sensibus angebatur, quandam in eo sacrilegij
speciem detestatus, quod honores Deo pridem
dicatos resumeret. Proinde, si integrum illi fo-
ret, nec secus in mandatis haberet, fraternas
ædes tanto peruias vento vitasset, humili quo-
libet præoptato tugurio, quod eiusmodi mole-
stissimæ auræ minus esset expositum.

Antiquo
excellentię
titulo cõ-
pellatur.

Honores
abhorret,
& vitare
cupit.

Postridie eius diei ad Matris (quæ duodecim
inde passuum millibus absens cognito Aloyij
aduentu statim redierat) domum ire perrexit:
quam ingredienti nova rei species, eadem &
nova ruboris materia obijcitur: nam Parentem
in genua provolutam, pronâque usque in ter-
ram fronte venerabundam offendit: quæ dein-
de surgens ne osculo, amplexuque natum exci-
peret, uti maternus suaserat amor, religiosus
quidam metus, ac reverentia prohibuit. To-
tum

A matre
genibus ni-
xa excipi-
tur.

tam illum diem mutuis cum eâ sermonibus duxit: quibus cum socius initio interesset, veritus ne Matri libertatem suâ præsentiam adimeret, sensim sese inde subtraxit: tum multò post regressus eos curuatis genibus orantes deprehendit. Rogatus verò ab Aloysio (cui minùs ea discessio placuerat) quâ ob rē, se unâ cū Matre relicto tacitus evassisset; materni solatij iustam ab se rationem habitam dixit, quod valdè dilutum iri crediderat, si arbiter arcana consilia pandi inhiberet: cui responso satis prudenti, ac probabili Aloysius nihil contra locutus, acquieuit.

Interea dum Castilione de dissidio Fratrem inter, ac Ducem uberiùs edocetur, mirum quantum, prout sese daret occasio, omnibus ad virtutem exemplo, atque incitamento foret. Per publicas vias haud unquam rhedâ vehi sustinuit, quamvis illa pedibus euntem Fratris iussu ponè sequeretur. Proinde nudato semper capite incedere cogebatur, ne salutantium aliquem non officiosè resalutatam omitteret. Omnes hilari vultu, ut blandissimè poterat, appellabat, solitus perinde inferiores, ut superiores (in quorum ordinem voluntariâ sui demissione cunctos evexerat) obseruare. Nullum ex domesticis seruitijs in usus suos evocabat: sed, si cuius rei

Virtutis
exempla
Castilione
edita.

Pedes repu-
diato cur-
ru incedit
& capite
semper a-
perto.

Domesti-
cis famulis
nō utitur.

rei

rei egens fuisset, vel socij ministerium deposes-
bat; vel, quæ usitata magis illi consuetudo fuit,
haud imploratâ ullius ope, expectabat, dum
alij indigentia deprehensâ, ultro suam operam
exhiberent. Sternendo lectulo suis ipse mani-
bus utebatur, etiam socio repulso, ad cuius
tamen stratum componendum sæpius accurre-
bat, atque universè quò magis alienis utilitati-
bus seruebat, eò minùs alios inferuire suis pa-
tiebatur. Quin etiam nec liberalitatem ultro
exhibitam sine delectu admittebat: nam quod
ad vestitum attinet; neque frigorù ui, neque
ullis seu rationibus, seu maternis precibus ad-
duci potuit, ut quidquam è paternâ domo obla-
tum, ac prope obtrusum acciperet: sed hyeme
mutari vestimenta cogente datis Collegij Bri-
xiensis Rectori litteris, quibus de suâ, socijque
indigentia certiore faceret, ab eo quæcum-
que utriusque usui forent, obtinuit: trita tamen,
atque ab alijs usurpata: nam integra, recentia-
que omnino repudiavit. Curaverat per id tẽ-
pus Mater, ut interior ex lanâ thorax hyper-
nis par frigoribus illi conficeretur: sed cum
eum Aloysius constanter abnueret, quòd reli-
giosa paupertas profanis vestibus haud sibi
congruentibus algeret, non incalesceret; illa
socio persuasit, ut Aloysium imperio ad eum
tho-

Lectulũ si-
bi suis ma-
nibus ster-
nit.

Hybernas
veires a
matre ex-
hibitas res-
puit.

Interiorẽ
thoracem
imperio a
dactus ac-
cipit.

thor-
luce
aggr-
illud
datu
non
dece
no su
peric
bens
Socij
detrũ
susce
tea r
novis
dom
adeo
esse,
fari
cum
aliqu
lariu
Rod
neri
bicu
larer
Quo

thoracem induendum adigeret. Itaque primâ luce Aloysium, antequam lecto surgeret socius aggreditur, ac velle se, ait, ut tegumentum illud eâ tempestate pernecessarium accipiat: datum siquidem eleemosinæ gratiâ repudiare non studium esse paupertatis, sed odium: nec decere famulum munera non sibi, sed Domino suo missa reijcere. Aloysius audito socij imperio, atque eleemosinæ nomine, tegumen li- bens accepit, gestavitque deinceps. Eâdem Socij autoritate compulsus aliquot sudariola, detritis quæ Româ aduexerat, a Matre oblata suscepit: quæ ceteroqui obfirmato animo antea renuerat, emendatis contentus magis quàm novis. Ad extremum nihil sibi penitus in eâ domo licere voluit, tamque verecundè, atque adeo timidè in cunctis sese gessit, ut peregrè esse, ac mendicare, non in domo patriâ versari videretur. Quò maximè pertinet, quòd, cum Rodulpho Principe conuento ob negotiū aliquod opus haberet, mos illi erat, Cubicu- larium adire; & siquidem ex eo cognosceret Rodulphum occupationibus distineri; ne moneri quidem Principem patiebatur; sed pro cubiculi foribus cum ceteris, qui admitti postularent, temporis opportunitatem expectabat. Quod officium longè gravius Rodulpho, ubi

Item & su-
dariola,

Vide vere-
cundiam,
qua erga
Rodulphū
uritur.

cogno-

cognoverat , quàm Aloyfio erat .

Solitudinis amantiffimus , ut cum maxime , hic fuit : quò enim aviæ frepitus maior , eò sola , ac taciturna in loca libentius fecebat .

Quotidie
3. horarū
fpatio clau-
fus rebus
Divinis va-
cat .

Temporis
pretium
unde ?

Quotidie noctis initio trium horarum fpatio additus in cubiculo , nulli , præter Deum , ac Superos , fui copiam faciebat . E subfecivis temporibus momentum nullum perire patiebatur , probe tenens , quodlibet fat eſſe æternitati cõparandæ : ſed ſimul aliquid otij offerebatur , precibus dabat . Conſueta verò ſeu mente , ſeu voce precandi tempora alijs negotijs haud unquam condonabat : gravioribus tantummodo , quæ cunctationem non reciperent , commodare ſolitus , primo quoque tempore recuperaturus . Feſtis diebus mos illi erat principem loci *Ædem Sanctis Nazario , & Celſo dicatam* , celebrare , ut ibi & rei Divinæ intereſſet , & caeleſti Epulo reficeretur : quo in loco , cum ingens ad eum viſendum populi concurſus fieret , nonnulla cupido cepit verba e ſuperiore loco faciendi , quibus ad vitam rectè iſtituendam concionem hortaretur : ſed ratus curationem haud proceſſuram , niſi a Capite , unde mala omnia depluerent , initium duceret ; germani Principis affectibus medicinam faciendam ceſſavit , antequam ſubiectos populos curare aggere-

dere-

deretur. Quare longos cum eo sermones habuit, multumque insticit, ut in tantâ licentiâ modum tenere, & cupiditatibus frena iniicere edoceret. Quid verò cum eo præstiterit, inse-
quens caput palam faciet. Interim ceteram turbam, quam non ratio, sed sensus ducit, exemplo instruere maluit: quo scilicet, veluti manu Cæli semitam indicante, etiam qui verba minimè noruat, facile edocentur.

Exempli,
ut picta
manus, Cæ-
li viâ ru-
diores edo-
cet.

Postquam verò consilijs universis, quæ restin-
guendæ discordiarum flammæ opportuna cre-
didit, satis sibi videbatur instructus; Mantuâ
ad Vincentium Ducem contendit, ut cum eo
susceptum pacis negotium ad exitum perduce-
ret. Tempus omne, quo in eâ Vrbe morari
compulsus est, dum id, quod venerat, transi-
geret, in Societatis ædibus fuit. Vbi tam illu-
stria dedit virtutum omnium documenta, ut
cuncti eius Collegij Patres mirum in modum se
illius aspectu ad pietatem non inuitari modò,
verùm incitari, atque abripi faterentur. Ani-
mo semper, ac mente erat in Deum, quem
coram adesse reputabat, intentâ: eumque vul-
tus nitorem præstantis sanctimonix indicem,
veluti ex Divini fulgoris repercussu, contraxe-
rat; ut quoties reliqui in illum oculos conijce-
rent, Sanctissimum Antistitem Carolum Bor-
romæum

Quendam
vultus ni-
torè, qui
olim in Ca-
rolo Bor-
romæo præ-
ferretur
videtur.

Domesticā
parænesim
non Sacer-
dos habet.

romæum, simili olim fulgore micantem, in-
tueri redivivum putarent. Inde Prosper Ma-
lavoita, qui Mantuano Collegio eo tempore
præerat, domesticam parænesim octavo quo-
que die apud nostros haberi solitam Aloysio
necdum Sacerdoti præter morem demandavit.
Noverat enim Vir prudentissimus, juvenilem
ætatem ad bona, quibus ipsa affluat, contem-
nenda adhortantis, addituram orationi pon-
dus, non detracturam: longamque diem eate-
nus authoritatem, quatenus experientiam, af-
ferre: hanc verò Aloysio in rebus Divinis, ma-
ximam esse: proinde id illi daturam authorita-
tis, quod interdum a serâ ceterorum ætate fru-
stra expectaretur. Paruit igitur Adolefcens, &
trepidè licèt insuetum onus susciperet, ijs verbis
assumptis: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis
in vicem, sicut dilexi vos*; tanto Divinæ carita-
tis ardore ad mutuam omnes benevolentiam
hortatus est, ut non suadere, sed afflare quo-
dammodo caritatem videretur.

Io: 15: 11.

Primo con-
gressu Mā-
tuanū Prin-
cipem ad
cōcordiam
flectit.

Antequam Mantuanorum Principem conve-
niret, & ad concordia cum eo consilia ingre-
deretur multâ, atque humili prece a Deo illam
orasse scriptores docent, exorasse autem docuit
eventus: nam ut primùm Principem adiit, eo
suis verbis perduxit, ut quidquid postulatum
vene-

venerat, facilis ille, libensque concederet: quare is unus congressus, qui ceteroqui sesquihore spatium non excessit, sat longi temporis controversias diremit. Prodigij simile omnibus visum, eum, qui tam acerbis, ac pertinacibus odijs Rodulphum insectabatur, ut nullius auctoritatis vi ad ea remittenda dimoveretur; paucis S. Adolescentis verbis permotum, illico posuisse, omnisque iniuriæ obliteratâ memoriâ æmulum in veterem gratiam restituisse. Nec Aloysij cum Rodulpho maior, quàm cum Duce, propinquitatis vim eius dictis minuere valuit: namque Vincentio Duci inimicè cognita, perspectaque eius integritas, privati in domesticis studij suspicionem omnem ademit. Fuit qui saltem Vincentio author esset, ut quando reconciliandæ cum Rodulpho gratiæ consilium obfirmatum haberet, curaret, ut id non uni Aloysio datum crederetur, ne quibus negatum fuerat, offensionem esset: proinde Aloysium datis verbis tandiu duceret, dum Principes viri, qui antea deprecatores accesserant, habitam quoque in eâ re sui rationem, persuasum haberent. Ad hæc Vincentius eiusmodi responsum dedit, quo satis luculenter ostenderet, ab se pluris unius Aloysij benevolentiam, quàm complurium Principum virorum gratiam fieri,

S

atque

Vincentius
Dux Al:pa
sâm conce
dit quod
multis Dy
nastis nega
rat.

atque huius iacturâ illam benè redimi credere.

Egit insuper per litteras Aloysius, ut Rodolphus illata sibi contra Ducem crimina scripto dilueret, sic prorsus, ut suspicionis nihil reliquum fieret: quo peracto, Castilionem regressus Rodolphum Mantuam perducit, sistitque

Pax inter
Principes
componi
tur.

Vincentio Duci, qui datâ dexterâ fidei, ac benevolentia argumento, eum perhumaniter, ac perofficiosè acceptum mensæ adhibet, totumque diem varijs ad id institutis oblectamentis detinet, tantâ familiaritate, & coniunctione, ut non alijs indicijs fuisse vulgus, & coaluisse nosceretur, nisi ex maiori inductâ duritie, ac iuncturae firmitate: quod totum ad Medici peritiam referendum. Sub idem tempus Sulphurini oppidum, eiusque agrum Dux in Rodulphi potestatem restituit, omni suo iure, si

Ad mensâ,
& oblecta
mēta inui
tatus rece
dit.

quod esset, in eum transcripto. Voluit etiam, Aloysium eo die voluptatis illius fructum capere, cuius ipse sator exiterat: proinde ad epulas inuitavit: recusantem verò saltem, ut

Comædiæ sublatâ mensâ futuræ adesset, rogare vel serio, vel ioco institit: cui ille arridens, suo id socio minime probatū iri affirmavit, petitâque abeundi veniâ discessit.

CA.